

morbum hunc fuisse in eo naturalem; tamen in-
 uestum esse Dæmonis vexatione, communis est
 Patrum sententia, Origenis tract. 4. in Matth.
 D. Chrysofomi homil. 58. D. Chrylogi ferm. 5. 1.
 D. Hieronymus, Theophylacti, Euthymij, Al-
 berti magni, S. Thomæ in cap. 17. Matth. Abu-
 lenfis quæst. 47. Probatur. Quia Christus, puerum
 sanans, iuxta Marcum, dixit: *Surde, & mute spi-
 ritus, ego præcipio tibi, exi ab eo.* Et Matthæus ait:
*Exiit ab eo demonium, & curatus est puer ex illa
 hora.* Si ergo Dæmonis eiectione tantum, puer
 sanitatem recuperavit, fit manifestum, quod non
 naturali morbo, sed dæmonis vexatione labora-
 bat. Si autem pater eum lunaticum appellauit, po-
 test dici cum D. Thoma, quia talem eum existi-
 mabat dæmonis ope deceptus. Vnde ait D. Chry-
 sofostomus citatus. *Non turberis, si lunaticus est ap-
 pellatus, patris enim demoniaci hæc vox fuit.* Vel
 quia communi consuetudine, dæmoniaci nuncu-
 cupabatur lunatici, Matth. 4. n. 24. Et ideo D. Lu-
 cas appellat hunc puerum dæmoniacum dicens. *Et
 ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, &c.*
 16. Inquirendum tamen est: Cur Dæmon facie-
 bat, vt dæmoniaci, seu ab ipso possessi, lunatici
 dicerentur, ac reputarentur. Respondet D. Hiero-
 nymus ad finem cap. 4. Matth. *Non erant verè luna-
 tici, sed reputabantur lunatici ob demonum fallaci-
 am, qui obseruantes lunaria tempora creaturam in-
 famare cupiebant, vt in creatorem blasphemiam redun-
 darent.* Idem docent Origenes, Chrysofostomus,
 Albertus magnus, & alij citati. Intendebat Dæ-
 mon, Lunam infamare, vt morborum causam. Sec-
 undò Euthymius ait: *Ut dum Luna mali causa
 videretur, eius creator calumniæ exponeretur.* Simi-
 liter Theophylactus, Beda, & alij. Tantum ma-
 lum diabolus creaturæ tribui faciebat, vt creator
 in inuidia, & odio esset apud homines, vtque
 cum blasphemarent.
 17. Tertio D. Remigius. *Lunatici à Luna dicti sunt,
 que dum mensuris temporibus crescit, & decrescit,
 ipsi vexantur.* Crescente, vel decrescente luna om-
 ne humidum mutatur; cerebrum, cum sit humi-
 dissimum, per lunæ cursus alteratur: quod explo-
 rabat dæmon; vt lateret, quod ipse totius dam-
 ni erat causa: semper ipse intendit, vt malum,
 quod infert, in alterum referatur. D. Chrylogus
 ferm. 52. *Aptans, ait, Luna cursibus hominis passio-
 nes, vexabat corpus lunaribus incrementis: vt esse
 luna crederetur, quod erat diabolici criminis, &
 furoris.* Sic inquit D. Paschasius lib. 3. in Matth.
*Sape diabolus homines per homines tentat, vt ma-
 lum hominis homini tribuatur.* Sicque per filias
 Moab Israelitas ad idololatriam prouocat. Nam
 25. num. 1.

Origenes, Chrysof. Chrylog. Hieronym. Theophyl. Euthym. Alb. Mag. D. Thom. Abulenf. D. Thom. Chrysof. Matth. 4. 16. Hieronym. Origenes, Chrysof. Alb. Magnus. Diabolus creaturas? Dei vult infamare. Euthym. Theophyl. Beda. 17. Remig. Diabolus explorat, vt malum, quod infert, alteri referatur. Chrylog. Paschal. Numer. 25.

QVÆSTIO III.

Quare puer instigatus à dæmone, crebro in ignem, & in aquam se proiciebat?

18. Abulenf. VER iste, vt notat Abulenfis quæst. 149. non solum se præcipitabat in ignem, & aquam, sed etiam in terram, ac in quemcumque locum, quando à dæmone torquebatur. Sic ait D. Marcus: *Attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum, qui ubicumque apprehendit eum, illidit illum, & spumat, &c.* Tamen iuxta D. Matth. diabolus sæpe impellebat puerum, vt caderet in

Marcus.

ignem, aquam. Cur crebro ad lapsum in ignem, & aquam instigabat?

19. Chrysof. Respondet primò D. Chrysofostomus homil. 58. *Iam diu mortuus homo esset, nisi diuina prouidentia fuisset protectus; nam qui in ignem, & aquam eum immittebat, interfecisset profectò, nisi diuinitus frænaretur.* Considera magnam Dei prouidentiam circa hunc atrepticum: nam nisi specialiter esset à Deo seruatus, iam sæpe à dæmone in igne, & aqua esset occisus. Secundò Abulenfis citata q. 149. *Ponitur: ait, ad mouendum, ac ad miserandum; erat enim magna miseria, quod iste esset continue iuxta mortem.* Vt ex tanta oppressione magis alliceretur diuina bonitas ad subueniendum homini, qui tot, tantisque calamitatibus, ac periculis vexabatur. Tertio. *Cadit in ignem, & aquam; vt summa dæmonis crudelitas manifestetur: quia quos possidet, ac obinet, ad extremam ruinam, ac præcipitum promouet, ac impellit.*

Dei prouidentia nos custodi: à demonij machinatione. Abulenf. Misericordia alliciu diuinam bonitatem. Diabolus suos ad ruinam impellit. 20. Haymon.

Quartò D. Hieronymus. *Mibi autem, inquit, videtur iuxta tropologiam, lunaticus esse, qui per horarum momenta mutatur ad vitia, nec persistit in incepto, sed crescit, atque decrescit: & nunc in ignem fertur, quo adulterantium corda succensa sunt; nunc in aquas, que non valent extinguere charitatem.* Miser homo de vno vitio in aliud prolabitur, & de vno peccato in alterum cadit; modò libidinis igne, quo corda succenduntur; modo voluptatum, ac cupiditatum aquis, quibus animus decipitur; vt ita peccatorum catenis detentus, nunquam homo sistat in malis, sed semper de vno in altero ma- lum ruat.

Qui in vnum peccatum labitur, in alia incidet

Instante populo, fabricauit Aaron vitulum, 21. *Dixeruntq; omnes: Hi sunt dij tui Israel.* Exod. 32. Exod. 32. n. 4. Vnus tantum conflatus est vitulus; & tamen ac si plures essent, sic proclamant; *Hi sunt dij tui.* Vnum aspicitur, & tamen plura prædicantur. Miser populus facti consequentiam iam prænoscebat, quod qui vnum idolum admittit, iam multis subicitur. Fuge homo ab idolis, fuge à vitis; qui enim ad vnum rapitur, iam in multa deturbatur. D. Chrysofostomus homil. 5. de pœnitent. *Respicit, scilicet populus, ait, vnum factum vitulum, quare igitur hi duos dicit? Ut ostendat, quod non modo eum, quem vidit, adorant, sed & deorum pluralitatem annuntiat.* Perpende vltimum verbum annuntiat, quod ille, qui vni idolo, vnique vitio se tradit, iam ibi multis se implicandi prælagium habet. Hinc ait Seneca de Benefic. cap. 10. *Idem semper de nobis pronuntiare debemus, malos esse nos, malos fuisse, & inuitus adiuciam, & malos futuros esse.* Ex præsentī malitia futuram licet prænotficari.

Homo ex vno peccato in aliud prolabitur. Chrysof. Seneca.

Matth. 17. Et obtuli eum Discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.

VERSIONES.

Syriacus. Et non potuerunt eum sanare.

ALTER TEXTVS.

Marc. 9. n. 17. Et dixi Discipulis tuis, vt eicerent illum, & non potuerunt.

Luc. 9. n. 40. Et rogavi Discipulos tuos,

vt

vt eicerent illum, & non potuerunt.

EXPOSITIO IV.



BTYLI Discipulis tuis. Notat Abulenfis quæst. 151. quod quando iste homo aduenit cum filio suo, Christus erat in monte Thabor, & nesciebarur, vbi esset; & forte iste homo putauit, quod non cito veniret, & ideo, cum grauaretur diu expectare, obtulit puerum Discipulis ad curandum; nam Discipulis à Iesu data erat potestas dæmonia eiiciendi, omnemque langorem curandi Matth. 10. num. 1. Marc. 3. num. 15. & ipsi Apostoli eiecerunt multa dæmonia, de quo gaudebant. *Non potuerunt curare enim.* D. Chrysof. homil. 58. in Matth. D. Hieronymus, D. Thomas in cap. 17. Matth. inquit, quod homo hoc dixit volens latenter accusare Discipulos Domini, quod cum ipsi à Domino accepissent potestatem eiiciendi dæmonia, hoc non eiecerint, quod ex aliquo eorum defectu proueniebat. Tamen probabilis mihi est id, quod ait Abulenfis q. 150. quod cum iste homo tanta humilitate, ac genu flexu, & lachrimis à Christo peteret filij sanitatem, non intendebat aliquem accusare, sed solum rei gestæ seriem referre, innuens rationem, cur ad Magistrum confugeret, cuius nempe maior virtus futura credebatur.

22. Abulenf. 23. Euthym. Tetrullian. Marc. 9. Chrysof. Alb. Magus. 24. Strabus. Carthuf. D. Thom. Abulenf. Hieronym.

QVÆSTIO IV.

Quare, cum Discipuli haberent potestatem eiiciendi dæmonium, hunc puerum tamen non curarunt?

POSTOLI habebant potestatem dæmonia eiiciendi, vt ex Euangelis ostendi in expositione; Cur ergo puerum non curarunt? Respondet Euthymius, Theophylact. quod hoc factum est propter defectum fidei perentis; carebat enim fide requisita ad tantum petitum obtinendum. Vnde dixit illi Christus Dominus Marc. 9. num. 22. *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* Continuo exclamans pater pueri aiebat: *Credo Domine, adiuna incredulitatem meam.* Alij verò, vt Chrysofostomus homil. 58. Albertus Magnus inquit, quod Discipuli non potuerunt puerum curare propter defectum fidei ipsorum. Sicque quando ipsi quæsierunt, quare & nos non potuimus eicere illum; Christus ait: *Propter incredulitatem vestram.*

Dicendum tamen est, quod propter defectum fidei vtrorumque miraculum non est factum. Ita Strabus, Carthusianus, D. Thomas, Abulenfis quæst. 152. Probatur. Quia in primis, vt miraculum fiat, maximè expedit fides perentis, vt credat, quod Deus illud potest facere; & confidat, quod illud ex sua pietate velit facere, vt inde mereatur tantum donum, ac fauorem accipere. Vnde ait D. Hieronymus in præsentī. *Impossibilitas curandi interdum non ad imbecillitatem, sed ad incredulitatem eorum, qui curandi sunt, referatur.* Et ideo Christus, vt puerum curaret, à patre exigit fidem. *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* Deinde etiam requiritur fides illius, per quem operandum est miraculum; exigitur enim, vt fir-

miter credat, quod Deus illud facere potest; & quod dignabitur per eum facere, vt ita mereatur accipere illam magnam excellentiam, vt Deus per manus eius miraculum operetur. Et ita postquam Christus increpauit fidem patris, ac astantium, dicens: *O generatio incredula! increpat Discipulorum fidem, quod non potuerint puerum sanare. Propter incredulitatem vestram, vt ibi dicam.*

Secundò, etiam alias rationes mysticas subiiciamus. D. Paschasius lib. 8. in Matth. Ipse, scilicet Discipuli, inquit, non potuerunt curare eum, forte vt sola omnipotentia Christi prædicaretur, & Apostolorum commendaretur infirmitas, qua sane infirmitate detenti, ad altiora cum Domino ascendere non meruerunt. Cur Discipuli hoc dæmonium non eiecerunt? nunquid Christus concessum donum abstulit? minime; Dei dona poenitentiam nesciunt. Ex alta tamen prouidentia puero sanitatem impendere non valent Discipuli. Vt apertum redderetur, quod ipsi ad Thaboris glorias inspectandas non fuerunt assumpti, ex eo quod Magistri affectus, aut beneuolentia deesset; sed quia eorum infirmitas in fide in causa exitit, vt tam magnifici spectaculi non essent inuenti digni. Vnde ait D. Chrysof. homil. 57. in Matth. quod Christus meliores assumpsit ad montem.

Tertio D. Hilarius in cap. 17. Matth. *Domino, ait, in monte demorante, & ipsis cum turba residentibus, quidam torpor eorum fidem retardauerat.* Quæ verba multipliciter sunt expendenda. Primò. Quo fascino elanguit virtus Apostolorum, non omnium, sed eorum, qui exortes Domini beneuolentiæ veluti neglecti, inter turbas sunt relictī? Ex paucorum fauore, aliorum animus, ac virtus euigoratur, ac hebetatur. Specialis beneuolentia, quibusdam collata, in aliis diffidentiam, ac torporem erga dominum generat, ac parit. Secundò. Tres ascendunt cum Domino ad Thaboris glorias; ceteri vero Discipuli relinquuntur cum turbis; quibus autem non conceditur ascendendi locus, inde eorum virtus infirmatur, vt dæmonia non eiiciant: maximè elanguet virtus, si ad ampliora non promoueat. Tertio. Ex improborum consortio fides contagium, ac defectum patitur, vt miraculum non operetur.

At Iaias: *Ve mihi, quia vir pollutus labijs ego sum* cap. 6. num. 5. Et rationem suæ immunditiæ subiiciens inquit: *Et in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Ex conuersatione nempe eorū, qui polluta labia habebant, contagium contraxit, vt & ipse polluta labia haberet. D. Hieronymus ibi. *Peccauit, ait, non suo vitio, sed societate populi habentis polluta labia, cum quo loqui sapissime cogebatur.* Ex quo ostenditur, noxium esse viuere cum peccatoribus.

Cuius rei bene conscius Iacob digressus à fratre suo Esau, *Transiit in Salem urbem Sichimorum, & habitauit iuxta oppidum,* Genes. 33. n. 18. Cur ad oppidum se non recepit, vbi commodiora essent hospicia? Cur in campo sub diu, & æstu, incommoditatibusque temporum expositus remanet? Agnouerat, in vrbe esse idololatrias, indeque eorum contagium formidans deuitauit. Lyranus. *Non ingreditur oppidum, quia erant ibi idololatra.*

Matthæi 17. Respondens autem Iesus, num. 16. ait: O generatio incredula, & peruersa, quousque

25. Paschal. Ex fidei defectu excluditur à donis. 26. Hilarius. Ex fauore in vnum elanguet virtus in aliis. 27. Iaias 6. Ex mala societate contagium inquitur. Hieronym. 28. Genes. 33. Societas iniquorum fugienda. Lyran.

ero vobiscum? Vsq̄uequo patiar vos? afferte huc illum ad me.

VERSIONES.

Syriacus. O vos, generatio infidelis! quousque tandē ero vobiscum, quousque tandem tolerabo vos? Theophylact. Onatio incredula, & distorta, quousque tandem?

ALTER TEXTVS.

Marc. 9. n. 18. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quādiu apud vos ero? quando vos patiar? afferte illum ad me.

Luc. 9. n. 41. Respondens autem Iesus dixit: O generatio infidelis, & peruersa, vsquequo ero apud vos, & patiar vos? adduc huc filium tuum.

EXPOSITIO V.

29. ER hęc verba arguit Dominus incredulitatem patris Lunatici, ac Scribatum, qui tunc aderant; taciteque respondet ad id, quod dixerat homo: Obiuli Discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Tunc exclamat: O generatio incredula! Ac si dicat Dominus: Causa, cur Discipuli mei non valuerunt sanare filium tuum, non est impotentia mea, vel illorum; nam à me habent potestatem eiicendi demonia; sed tua incredulitas, ac tuorum Iudæorum obicem ponit Dei gratia, quia non creditis, sed hæsitatis, de quo, quæst. sequenti. O generatio! Hoc incredulitatis vitium, non solum præsentibus inerat, sed etiam eorum progenitoribus commune extiterat, vt dixit D. Stephanus: Vos semper resistitis Spiritui sancto; sicut & patres vestri, ita & vos. Act. 7. num. 51. Incredula, seu infidelis, vt habet D. Lucas, siquidem multis argumentis ad credendum conuicta, adhuc pertinax non credit, & peruersa, seu distorta, antiquum gentis epitheton. Generatio praua, atque peruersa. Deuter. 32. num. 5. peruersa, habens mentem auersam à vero scopo, vt non intueatur ea, ad quæ debet aspicere, ac attendere.

Act. 7.

Deuter. 32.

30.

Hieronym.

Vsq̄uequo ero vobiscum? Hęc dixit Dominus ex quadam sancta indignatione, non in personas, sed in vitium incredulitatis. Ac si dicret: Ego veni in mundum, vt vos docerem, & ad hoc vobis dedi verbis, ac operibus abundantissima signa, quibus credere debuistis: & tamen adhuc resistitis. Quid ergo amplius expectatis? quādiu me apud vos manere vultis? D. Hieronymus, mitis, ac mansuetus Iesus hęc dixit, non quod radio esset superatus, sed ad similitudinem medici, si ægrotum videat contra sua præcepta se gerere, dicat: Vsq̄uequo accedam ad domum tuam: quousq̄ artis perdam industriam; me aliud inbente, & te aliud perpe-

trante? Mystice aliter exponit Chrysostomus homil. 58. Cum dicit Christus, quousq̄ ero vobiscum? quādiu mori stiat, quādiuq̄ ad Patrem redire desideret; & quia non sit sibi molesta passio, sed cum huiusmodi hominibus conuersatio, ostendit. Christi mors multis acerbissimis tormentis præparabatur; tamen super omnia ipsa tormenta grauius erat Christo iniquorum consortium, vt potius velit crucifigi, quā cum illis morari, ac verba habere. Afferte huc illum ad me. Rigorem superioris increpationis pietate commiscet, puerum mandat adduci, vt sanitatis beneficium impendat: mandat ergo puerum afferri, vt virtutem suam, quæ in dubium vocata fuerat, ab opprobrio vendicer, miserōque puero sanitate subueniat.

Chryso.

Mors crucis tolerabilior malorum consortio.

31.

QUESTIO V.

Quare Christus appellat Iudæos generationem peruersam, & incredulam; & quibus hoc dixit?

AB hoc secundo exordiamur. Origenes tract. 4. in Matth. hęc verba dicta tantum Discipulis autumat. Tamen, vt rectè obseruat Abulensis quæst. 155. et si Discipuli habuissent aliquam incredulitatem, vnde infra eis dicit Christus, quod puerum non potuerunt sanare propter incredulitatem vestram; tamen de eis non dicitur generatio peruersa, non enim habebant præuaricationem morum; erant enim omnes, Iudæ excepto, probi.

32. Origenes. Abulcal.

At verò D. Hilarius, D. Hieronymus, Beda, Strabus, D. Paschasius, Theophylactus, D. Thomas Commentariis in Matth. Victor Antiochenus in Marc. de patre Lunatici, ac de toto genere Iudæorum hęc dicta existimant. Et probatur. Quia pater adolescentis, tanquā dubitans de Christi potestate dixit: Si quid potes, adiuua nos, Marc. 9. n. 22. Et Christus ait ei: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et Christus, ne conturbaret hominem, illum, non specialiter, sed generaliter cum cæteris Iudæis reprehendit. De cæteris etiam comprobatur, Quia licet aliquid peculiariter de eis in littera non scribatur in hoc facto; tamen semper more suo de Christi, ac Discipulorum virtute, & potentia male cogitabant, ei quo detrahebant. Vnde Syriacus legit: O vos generatio incredula? Et Marcus scribit, quod cum Christus descendisset de monte, inuenit suos Discipulos, & Scribas conquirentes cum illis, de eorum nempe potentia, ac potestate, vt dixi expositione 3. Lyranus in Matth. & Tolerus in cap. 9. Luc. annot. 94. ad Discipulos, & Iudæos hęc verba adscribunt. Sed probabilior secunda sententia, præcipue cum sit Pattum.

Hilarius. Chryso. Hieronym. Beda. Strabus. Paschas. Theophyl. Antioch. Marc. 9.

Syriacus.

Lyran. Tolctus.

33.

Theophyl.

Incredulitas obicem ponit diuina gratia.

quorum

quorum commodo, ac propitiatione edendum esset miraculum, vt dixi in expositione.

34. Chrysol.

Secundò D. Petrus Chrysologus serm. 51. Quid est, ait, quod conquirentes vno, incredulitatis notantur omnes? Quid est, quod ad vnum vocem tota generatio superba perfidia nuncupatur? Quid est? Quia iste, non ad Deum venerat, sed ad Magistrum venerat; curam, non à virtute exigens, sed ab arte. Vnde tantum crimen iste homo habuit in Deum? Vnde tam grauius eum offendit, quod veniens multa humilitate, & genu flectens audiat sibi dictum: O generatio incredula, & peruersa! Accessit iste homo ad Christum, dicens: Magister, atuli filium meum; non Deum dicit, sed Magistrum, quasi plus confidens, & sperans ab eius arte curandi, quam ab infinita pietate diuina. Inde grandis hominis culpa, quum plus de alio, quàm de diuina clementia cogitat, & autumat, quod obseruauit Chrysologus serm. 52.

Grandis culpa, de alio plus sperare, quàm de Dei clementia.

36.

Tertio, Valde mirum, quod tam aspere se habeat mitis Iesus erga hunc hominem, qui cum humilitate, ac genu flexo, & lachrymis venerat deprecans, miserere filio meo, vt ei responsione dicatur: O generatio incredula! Venerat iste homo male sanus in fide; sic enim, vt dubitans de Christi potestate, dixit: Si quid potes, adiuua nos; vt statim patebit ex sequentibus. Et tamen cum appropinquaret ad Christum, de suo puero ait: Obiuli eum Discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Quod dixerat, iuxta Chrysostomum, D. Hieronymus, S. Thomam, à me citatos exposit. 4. latenter accusans Discipulos Domini, quod, cum ipsi accepissent potestatem eiicendi demonia, hunc puerum ex aliquo eorum defectu non valuerunt sanare. Tunc Christus immediate seuerè, & asperè respondet: O generatio incredula! Non tulit Christus hominem sic detrahentem, vt id, quod suæ incredulitatis culpa potius, aut certe non minus quàm Discipulorum, id totum in Discipulos retorquet: & cum propriam culpam aliis adscribit, sine dilatione audit: O generatio incredula, & peruersa! Isidorus Clarus. Prasertim, ait, cum is, qui rogat, crimen incredulitatis suæ in Christi Discipulos reuiceret.

Valde durum, quod quis propriam culpam reuiciat in alios.

Id. Clar.

37.

Boftrensis.

Quartò. Quanam culpa istius hominis, vt tam acri reprehensione dignus iudicetur? Titus Boftrensis rationem nobis inculcat ad illa verba. Et rogauit Discipulos tuos, &c. Quasi dicat, ait, non putes, quod leuiter ad te peruenerim, stupenda est dignitas tua, nec statim te molestauim, ad Discipulos tuos accessi primò; nunc quia non curauerunt, cogor proficisci ad te. Ecce grande hominis crimen, vt ei dicatur, Generatio incredula. Primò accessit rogans alios, & tunc venit ad Christum Deinde sibi persuadet, Christum Dominum esse veluti temporalem regem, quia ob suam stupendam dignitatem, petitionibus molestantur. Et cum homo tantum aberrat à Saluatoris ingenio, quod ex tot, tantisque rebus maxime illi exploratum esse debebat, inde promeruit audire, O generatio incredula. Diuini Magistri conditio, non precibus molestat, sed eis potius maxime iucundatur, ac delectatur; nihil ei gratius, quàm orationes nostræ, quibus valde exaltatur, ac sublimatur.

Deum nõ grauat, sed delectatur petitionibus nostris.

38.

Isa. 7.

Hieron.

Ad impium Achaz ait Isaïas 7. num. 12. Pete tibi signum à Domino Deo tuo. Et dicit Achaz: non petam, & non tentabo Dominum. Cur tanta optione data oblatum signum non vult petere Achaz? D. Hieronymus inquit: Non tentabo Dominum: positi legi, non exaltabo Dominum. Alij vero transfe-

run t: non petam, & non laudabo Dominum. Iniquus rex, idolorum cultor decreuit apud se, à sua postulatione abstinere, ne ipsa sua petitione Deum exaltaret, ac laudaret. Optime sciebat iniquus, quod exoratio erga Deum, illius erat magnifica exaltatio, ac sublimatio. D. Hieronymus citatus, Sciebat rex impius, quod si signum peteret, accepturus esset, & glorificaretur Dominus. Ergo quasi idolorum cultor, non vult signum petere. Vnde ob suam malitiam, & incredulitatem grauius reprehenditur statim. Nunquid parum vobis, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo. Vt notant Expositores Pinto, Forerius, Sanchez, Cornelius.

Pinto. Forerius. Sanchez. Cornelius.

Marc. 9. n. 19. Et attulerunt eum. Et cum vidisset eum, statim spiritus conturbauit illum; & elusus in terram volutabatur spumans.

Num. 20. Et interrogauit patrem eius: quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? at ille ait: ab infantia.

Num. 21. Et frequenter eum in igne, & aquas misit, vt eum perderet; sed, si quid potes, adiuua nos, miserus nostri.

VERSIONES.

Syriacus n. 19. Quomq̄; vidisset eum, spiritus eo momento contriuit eum: ceciditq̄; in terram, & volutabatur, atque discerpebat.

Vatablus. At ille dixit, à puero, seu Euthym n. 20. pueritia.

Syriac. n. 21. Si quid potes, adiuua me, & miserere mei.

Vatablus. Age, si quid potes, subueni nobis, intimè miserus nostri.

Arias. Succurre nobis, visceribus commotus super nos.

ALTER TEXTVS.

Luc. 9. n. 42. Et cum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit.

EXPOSITIO VI.

Attulerunt eum; ad vocem Christi, afferte illum ad me, pater cum aliis adduxerunt puerum ad Iesum. Et cum vidisset eum, cum, scilicet, Iesus intuitus esset puerum, statim spiritus conturbauit illum, eoque momento malignus spiritus discerpit, seu, vt alij vertunt, lacerauit puerum, conuulsitque totum illius corpus, quod alta prouidentia permillum est, pro maiori euidentia miraculi, vt esset euidentius, quod diabolus adhuc in puero persistebat, & ab eo non exierat. Deinde vt etiam fieret manifestum, quantum diabo

39.